Gregorius Nazianzenus (interprete Rufino): Orationes IX una cum tractatu Gregorii Iliberritani De fide

Lorsch, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 80r



suscepit quem induit quem portauit. Sed quia totum ad auctorem
referebatur quidquid ille homo patiebatur, ideo mors & passio dni
dicebatur. Est enim in xpo sicut gemina & duplex diuina scilic&
humanaq; substantia, ita una eademq; persona. Sed constat inmorta
le esse quod di est, hominis quod adductum, tertia die resurrexerit non
ds in homine, sed homo potius in do. Ascendit in caelos, optulit pa
tri suo humanam illam quam suscepit pro hominum salute naturam gra
tissimum munus. Conseditq; ad dexteram patris secundum quod scrip
tum est: dixit dns dno meo sede ad dexteram meam. Misit nobis spm scm
de propria sua & ex una eademq; substantia protectorem signatorem
& deductorem in uitam aeternam sicut scriptum est ex uoce di: effun
dam de spu meo super seruos & ancillas meas. & iterum sps ex me pro
di&. & ipse dns saluatorque noster: de meo inquid accipiet. Ex eo u
que quod est filius, quia & filius deo quod pater est, exinde praefini
to tempore uenturus uiuos mortuosq; iudicaturus ut reddat credenti
bus praemium, non credentibus uero supplitia. Cuius regnum aeter
num inmortale nec initium hab& nec finem, cuius est honor & gloria
in saecula seculorum. Amen. Haec qui legis per dnm obsecro ne sim
plicitatem sensus in ambiguum torqueas, aut alias quam dicta sunt tra
has, quia nos patrem uerum patrem confitemur, & filium di uere fili
um di & spm scm uere spm scm credimus, tres personas unius uni
us substantiae & unius diuinitatis confitentes. Sabelli autem & fo
tini nec non & arrii sectam & si quae aliae sunt quae contra regulam
ueritatis ueniunt condamnamus. Nicaeni autem synodi tractatum
omni animi nisu ex tota fide seruantes amplectamur. Hunc enim tracta
tum scimus contra omnes hereses inuicta ueritate oppositum. Amen.

Credimus in unum dm patrem omnipotentem & in unigenitum fili
um eius ihm xpm dnm & dnm saluatorem nostrum & spm scm dm
non tres deos sed patrem & filium & spm scm unum dm esse confitemur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0163